

Festum Epiphaniæ Domini

in patriam p̄t aliam viam. in homil. biemalib. col. 570.

Eiusdem homilia tertia, in qua hæc considerantur, stella ceteris fulgētior, cœli & terræ lumen prænuntians; cur stella quæ Magis apparuit ab infideli Balaam fuerit prædicta; munera istorum Regum mysteriosa, aurum designans captiuitatis nostra redemptiōnem, thus Idololatriæ cessationem, myrrha carnis reparatiōnem & resurrectiōnem, in homil. biemal. col. 572.

Eiusdem homilia quarta euangelium litteraliter exponens, de manifestatiōne Christi, & de stella pluribus differens. col. 576. ibid.

Eiusdem homilia quinta, in hac conuenientiam manifestationis Christi per stellam edicit, Christum Dominum infinitem in cunabilis positum miratur, de Iudaorum cœxitate & velania stupet, & Gentilium atque Iudaorum de Christonato certamen describit. ibidem col. 576.

Eiusdem homilia sexta de tribus apparitionibus, in terra Chaldaeorum, in aquis Iordanis, & in nuptijs facitis ac viis. ibid. col. 578.

Eiusdem homilia septima, & octaua de Christi Baptismate differunt. a col. 581. ad col. 584.

* NICOLAI DE CVSA pro Epiphania Domini in lectionem Euang. Matth. 2. Vbi est qui natus est Rex Iudeorum sermo tribus conclusus I. Filius Dei ante sœcula omnia, ut salvaret genus humānum prædestinatus, nomen Iesu viâ prædestinationis ab ore Dei habuit. II. Revelatio Christi facta est 1. per Angelos annunciantes pastoribus; 2. per sapientes, qui ex visu stellæ nativitatis, reulerunt natum Messiam; 3. per sanctissimum inter natos mulierum; 4. per signa quæ ipse fecit Christus; 5. sanguinem ipsum, quide eo testimonium perhibuit. III. Christus inter Reges est sicut sol inter stellas; vnde sicut stellæ lucem iustitiae à sole iustitiae recipientes, tenentur recognoscere se feudum & regnum suum à sole habere, sic & isti Reges & Magi cognoverunt. Excitat. lib. 5. a pag. 502. ad pag. 503.

A Eiusdem, in eadem sermo quem tribus veritatibus absolvit in Primâ Deum esse locum animæ, & omnium requietionem, locum temporis, eternitatem: motus, quietem: numeri, unitatem: affirmat. in Secundâ, Vr. melius indageretur Deus, notat quod melius est videre vbi non sit, non est autem in aliquo includente defectum: Deus est ipsum esse, a quod nullum potest esse, abesse, & nulla competit negatio seu privatio, sed propria ei est negationis negatio. in Tertiâ. Ad questionem, vbi fuit Deus antequam crearet cœlum & terram? Respondet quod non fuit, quia si fuisset, in tempore fuisset, quod est falsum. Excitationum lib. 7. a pag. 569. ad pag. 571.

B Ibidem, sermone in sequentia eiusdem Euang. invrantes domum inuenientiam puerum, &c. afferit I. Deo obedire & credere omnem creaturam & aquam infallibili sapientiæ, & per obedientiam præceptoris adhærere, teneri. II. Ex hâc obedientiâ unionem Hierarcharum originēducere, & ex Gregor. Nazianz. Sacerdotium in corpore Ecclesiæ, officium gerere, quod anima in corpore, & ita conuenire Sacerdotibus, illuminare, viuiscare, regere, quia lux mundi & sal terræ sunt. Ex lib. 2. excitationum, a pag. 389. ad pag. 390.

Eiusdem, circâ ultima verba sermo obtulerunt ei munera, &c. Vates antiquitus erant per orbem, sicut ex Prophetis sapientes Sacerdotum Hierosolimis; Templum enim à Salomonem ædificatum non fuit aliud quam locus pro visione occulorum mysteriorum Dei, vbi Deus deorum Dominus loquebatur: omnes autem non nisi sapientiam incarnatam in homine querunt, &c. Excitat. lib. 9. pag. 632.

Eiusdem, sermo, in hanc hymni hodierni partem. Iabant Magi quam viderant stellam sequentes præviā quo docet I. Credi per vniuersum mundum, Christum Dei filium de Virgine natum. II. Maleficos Magos (non eos qui Christum sunt sequuti) stellam sequi quæ vocatur in Apocal. absynthium, hi sunt superstitionis, qui omnem animam lumine